Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tibus dicit; At autem pilatus ad principes sacer
dotum & turbas nihil inuenio in hoc homine; Illi ma
gis ualescebant dicentes commouet populum docens per uniuer
sam iudaeam incipiens a galilea usque huc. Pilatus
autem audiens galileam interrogauit si homo galileus
esset; Et ut cognouit quod de herodis potestate
esset remisit eum ad herodem qui et ipse hierosolimis erat
in illis diebus. Herodes autem uisus est gaudens ualde;
Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum eo quod
audisset multa de illo. Et sperabat signum aliquod uidere
ab eo fieri; Interrogabat autem illum multis sermo
nibus at ipse illi nihil respondebat; Stabant autem
principes sacerdotum et scribae constanter accu
santes eum; Spreuit autem illum herodis cum exer
citu suo et inlusit induitum uestem alba et remisit ad pi
latum; Et facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa
die. Nam antea inimici erant ad inuicem; Haec com
ma id est quod a pilato ad herodem dns missus est. Et
quae ibi gesta sunt lucas solus indicat, et iam si aliquid
ibi aliter simile quod in alius nam uitionum locis apud alius pos
sit inuenire, Ceteri autem eatenus dicere euoluerunt
quae apud pilatum gesta sunt quousque dns crucifigendus
traderetur, Redi ergo lucas ad ea quae apud praesidem
gerebantur; Unde egressus erat ut nam uer et quod apud
herodem actum est. Insequitur, Pilatus autem conuocatis
principibus sacerdotum et magistratibus et plebe dixit
ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem quasi uertentem
populum; Et ecce ego coram uobis interrogans
Nullam causam inuenio in homine isto ex his quibus eum accusatis;
Hic intellegi mus eum praeter missse quemadmodum ad dno
quaesierit quid accusatoribus responderit sed neque
herodis inquit. Nam remisi uos ad illum. Et ecce nihil